

Franckesche Stiftungen zu Halle

Christophori Cellarii Breviarium Antiquitatum Romanarum

Cellarius, Christoph

Halae Magdeburgicae, 1778

VD18 13038508

Caput XIII De Funeribus Romanorum eiusque

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-63864-p0011-9](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-63864-p0011-9)



CAPVT XIII

D E

FVNERIBVS ROMA-
NORVM

eiusque

SECTIO I

D E

EXSEQVIIS.

§. I.

Deductio funeris ex funesta domo ad locum sepulturæ certis ritibus fiebat: quorum præcipuos Cicero indicat *pro Milone c. 32.* et quos nunc breuibus explicare animus est; si hoc prius præmonuerimus, non de quouis nobis, sed solemniori exsequiarum ritu sermonem esse.

§. 2. Igitur facta *conclamatione* et peractis reliquis, quæ in tali luctu iusta existimabantur, procedebat funus ita, vt *imagines* maiorum præferrentur *cantusque* et *nanie* præficarum audirentur. Vide Seru. *ad Virg. Aen. l. iv. v. 218.* Plin. *l. xxxv. c. 2.* Hor. *epod. 8. v. 11.* Suet. *in Cæs. c. 84.* Aug. *c. 109.* Lucan. *l. viii. v. 734.* Cic. *de leg. l. ii. c. 24.* et Festum *in præficiis.*

§. 3. Tum *laudatio funebris* pro rostris a proximo agnatorum, vel, si deesset ex his, qui tale officium præstare defuncto posset, a clarissi-

H 4

mo

mo aliquo ac doctissimo viro habebatur: eaque finita promotum inde funus extra urbem in eum deducebant locum, vbi vel humandum erat vel igne comburendum. Suet. *in Caf.* c. 6. *Tib.* c. 6. et Plin. *l. II. ep. 1. n. 6.* et Cic. *de leg.* *l. II. c. 23.*

SECTIO II

DE

COMBVSTIONE.

§. I.

Romani vt plurimum cremabant mortuos. Paucae enim gentes aut familiae erant, quibus concedebatur defossio integri corporis: vt gens cornelia, ex qua Sulla, ius talionis veritus, quod C. Marii cadauer eruerat, testamento contra consuetudinem gentis cremari se iussit. Cic. *de leg.* *l. II. c. 22.* et Plin. *l. VII. c. 54.*

§. 2. Ritus combustionis erat, vt rogos exstrueretur, cui defuncti corpus in lecto imponebant cum aromatum odoribus aliisque pretiosis, quae defuncto cara fuerant. Tum post factam conclamationem postremam aliquis agnatorum facerogum accendebat. Seruius *ad Virg. Aen. l. VI. v. 218 seq.* Suet. *in Caf.* c. 84 *seq.* et Plin. *l. IV. ep. 2. n. 3. l. V. ep. 16. n. 7.*

SECTIO III

DE

SEPVLTVRA.

§. I.

Combustione peracta, quae reliqua erant, id est cineres et ossa, fictili urnae indita in sepulcro vel

vel monumento condebantur. Suet. *in Aug. c. 100.*
Dio. *l. lxxvii. p. 868.* et Eutrop. *l. viii. c. 2. n. 17.*

§. 2. Sepulera vt plurimum ad vias erant, vt viatores etiam titulum legerent memoriamque defuncti conseruarent. Nam cippos erigebant seu marmora, quibus nomen et honores defuncti cum nomine eius, qui posuerat, inscripserant. Vide Nep. *de Attica c. 22. n. 4.* qui iuxta viam appiam ad quintum lapidem sepultus fuit: et adde Hor. *l. i. sat. 8. v. 12.* Alia exempla Ioannes Kirchmannus, qui fuse de funeribus Romanorum scripsit, *l. ii. c. 22.* adfert: vt de via aurelia, flaminia, laucana, laurentina, ostiensi, prænestina, salaria, tiburtina.

§. 3. Arcam quoque sepulcrorum fuisse, certa pedum mensura descriptam et consecratam, ex Cic. *phil. 9. c. 7.* discimus. Coronas etiam et *serta* iisdem adhibebant ornatus gratia: quod prisce christiani auersabantur, posteriores autem admittebant. Vid. Minuc. Fel. *c. 12. n. 6:* ex quæ nos ibi ex Prud. *cath. hymno X extremo* adnotauimus.

SECTIO IV

DE

RITIBVS QVIBVSDAM POST SEPULTVRAM.

§. I.

Ritus præcipui sepulturam subsequentes fuerunt inferiæ, epulæ et ludi funebres. *In-*

H 5

feriæ

feriæ, vt Festus definit, erant sacrificia, quæ diis manibus non tantum exsequiarum die inferebant: sed anniuersariis etiam sacris ad sepulcrum repetebant. De his iam supra egimus c. I. *sect.* IV. n. 8. p. 24.

§. 2. *Epulæ* populo romano datæ publicæ in memoriam et honorem defunctorum: et interdum carnes etiam distributæ, quæ *visceratio* dicebatur. Vid. Suet. in *Cæs.* c. 26. et Liu. l. XXXIX. c. 46.

§. 3. *Ludi funebres* ob eandem causam editi: præsertim gladiatorii; de quibus c. IX. *sect.* IV. exposuimus. Vide Liu. *ep.* 16. Val. Max. l. II. c. 4. n. 7. et quæ nos ad Cic. l. II. *ep.* 3. n. 1. notauimus.

SECTIO V DE CONSECRATIONE PRINCIPVM.

§. I.

Romani imperatores bene de republica meriti post mortem in numerum deorum certis ritibus relati atque *diui* appellati sunt. Exempli passim apud historicos latinos occurrunt. Sic Eutrop. l. VII. c. 5. n. 15. de Augusto: *Moriens*, inquit, *diuus appellatus est*. Et c. 8. n. 6. de Claudio: *Post mortem consecratus est diuusque appellatus*. Et c. 13. n. 9. de Vespasiano; c. 14. n. 11. de filio; l. VIII. c. 1. n. 4. de Nerua; et c. 2. n. 17. de Traiano: *Inter diuos relatus est*. Idcirco

tem-

templa eis exstructa: flaminesque constitui, quorum passim mentio in inscriptionibus.

§. 2. Non vero semper id ex vera deuotione factum: sed aliis de causis politicis, quas detexit Plinius pan. c. ii. n. 1 et 2. Neruæ consecrationem a Traiano factam inde separans. *Quem tu, inquit, lacrimis primum, ita ut filium decuit, mox templis honestasti: non imitatus illos, qui hoc idem, sed alia mente fecerunt. Dicauit celo Tiberius Augustum, sed ut irrideret: Vespasianum Titus, Domitianus Titum; sed ille ut dei filius, hic ut frater videretur. Tu sideribus patrem intulisti: non ad metum ciuium, non in contumeliam munitionum, non in honorem tuum; sed quia deum credis.*

§. 3. Ritum consecrandi accurate Herodianus descripsit l. iv. c. 2. n. 2. Ceream imaginem consecrandi principis in vestibulo palatii lecto eburno ac vestibis aureis instrato impositam, quasi egrotaret, per septem dies omnium conspectui patuisse. Deinde ubi iam visus diem obiisse: lectum nobilissimos viros tulisse in forum, hymnos cantantibus pueris et feminis nobilissimis. Quibus peractis tulisse lectum extra urbem in campum martium et rogo imposuisse singulari ratione constructo: factisque circa illum ludis equestribus facem illatam esse a successore principe. Mox ex cellula rogi (nam in partes distinctus erat) aquilam emissam esse, quæ vulgo crederetur animam principis in celum deferre. Ex eo tempore defunctum pro deo habitum: cultumque fuisse templis, puluinaribus, flaminibus.

§. 4. Nec tantum ipsi imperatores sic hono-

ra-